

Edition Open Sources

Sources 8

Stefan Paul Trzeciok:

2. Kapitel des 3. Traktats des 3. Teils

DOI: 10.34663/9783945561102-41



In: Stefan Paul Trzeciok: *Alvarus Thomas und sein Liber de triplici motu : Band II: Bearbeiteter Text und Faksimile*

Online version at <https://edition-open-sources.org/sources/8/>

ISBN 978-3-945561-10-2, DOI 10.34663/9783945561102-00

First published 2016 by Max-Planck-Gesellschaft zur Förderung der Wissenschaften, Edition Open Sources under Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 3.0 Germany Licence.
<https://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/3.0/de/>

The Deutsche Nationalbibliothek lists this publication in the Deutsche Nationalbibliografie; detailed bibliographic data are available in the Internet at <http://dnb.d-nb.de>

218

Tertii tractatus

Secundū capitulo hui⁹ tractatus in quo solito pro more disputative inquirimus penes quid velo citas augmentatio[n]is attendi habeat.

Nunc cōsequēter q̄ritur vtrū velocitas motus augmentatio[n]is penes p[ro]portionale acquisitione q̄titatis attēdi habeat: an penes absolutā acquisitione q̄titatis.

Arguitur primo q̄ non penes proportionabilis acquisitione q̄titatis ita q̄ non semper illud quod in eodē t[em]p[or]e maiorem p[ro]portionē acquirit q̄ aliud in eodē t[em]p[or]e quia si sic tūc sequeretur q̄ a. et b. sunt equalia: et a continuo velocius augmentabili q̄ b. et tamē semper a. manebit minus. b. si consequēs est manifeste falsum: igitur illud ex quo sequit[ur]. Sequela p[ro]bat: et volo q̄ a. et b. sint duo pedalia: et acquirat vniuersaliter. b. in hora vni pedale: et nichil deperdet de quantitate prehabita, a. vero acquirat vni pedale uniformiter q̄ ho[ra]: deperdat vni sempedale q̄ t[em]p[or]e: et a. et b. sint modo equalia: et semper a. post hoc manebit minus. b. ut cōstat qm̄ si nichil deperdet maneret equalē: s[ed] modo cōtinuo perdet. ergo cōtinuo manet minus: et tamē a. cōtinuo velocius augmentabit q̄ b. igitur intentū probatur minor: q. a. cōtinuo erit minus. b. et cōtinuo equalem q̄titatē acquires cū. igit[ur] a. cōtinuo maiorem p[ro]portionē acquires q̄ b. et penes acquisitionē maioris p[ro]portionis in eodē t[em]p[or]e attēdis: maiori velocitas augmentatio[n]is: igit[ur] a. et iuxto velocius augmentabitur q̄ b. quod fuit p[ro]bandū. Hec sequētia patet: de se: et prior ex octaua suppositio[n]is quarti capituli secunda partio: in aliis pleris locis libri arguta est. Dices et bene negando et sequelam: et ad p[ro]batō nō admisso casu ad bonū sensum: posset enim negari ut poslea dicimus: respōdeo negando minorē vis delicit q. a. cōtinuo post hoc velocius augmentabitur q̄ b. et ad probationē concedo q. a. cōtinuo manebit minus et nego q̄ t[em]p[or]e equalē quātitatē acq[ui]ret cū. sicut ex facto est negandū qm̄ si nichil deperdet semper acquires equalē q̄titatē: s[ed] modo cōtinuo deperdat: ergo cōtinuo acquires minorē: quo inā in tota hora nō acquires a. mīl sempedale. Ma[n]ebit enim in fine pedale cū dimidio quātitātē māsūlet bipedale mīl perdidisset dimidio. q̄ Item in instanti medio hora acquires a. vna quartā pedale. b. vero vna medietate: et sic in illa prīa medietate mārē quātitatē acquires. b. q̄ a. cuius oppositum assumit argūmentū. Et quo apte infert calatorē male inducere illud cōsequēs tanq̄ sequens ex opinione quam impugnamus: qm̄ illa cōclusio nullo pacto sequit[ur] ex positione. Luceat igit[ur] possitioni ueritatem.

Dicitur:

Contra
ce'lcna.

Sed contra hanc responsionē arguitur sic quia: si illa positio esset vniuersaliter vera se queretur hec cōclusio: q̄ si sint duo sive equalia sive inequalia q̄ cōtinuo eque velociter diminuuntur per dendo cōtinuo equalē p[ro]portionē eque cōtūvenient ad non quātūm: sed p[ro]sequens est falso: igitur illud ex quo sequit[ur]: falsitas p[ro]sequētis p[ro]ba: qz stat q̄ aliqua duo in aliquo t[em]p[or]e eque velociter diminuantur p[ro]dendo in illo t[em]p[or]e p[ro]fice. q. duplas: igit[ur] tūc p[ro]tinuo eque velociter diminuētur: et tamē nō eque cito deuenient ad nō q̄tū: et p[ro]sequens illud illatūz est vna conditionalis q̄ est falsa: igitur illud cōsequēs est falso. q̄ Dices et bñ q̄ de rigore illud p[ro]sequēs est falso: quis sub illa fo[rm]a ponatur a calculo: t[em]p[or]e: sed op[er]et addere in antecedende illius consi-

Cap[i].secundum

ditionalis q̄ eque velociter diminuuntur v[er]o sive ad nō quātū: et sic illa p[ro]clusio est p[re]cedenda secundū op[er]ationē. Quod sic ostēditur quoniam si aliquod corp[us] puta. a. in hora diminuat ad nō quātū: illud corp[us] infinita latitudine p[ro]portionis deperdet: et. b. aliud corp[us] maius in tota hora eque velociter diminuitur cū. a. ergo sequis q̄ infinita latitudine p[ro]portionis etiā deperdet. b. in illa hora: et ultra infinita latitudine p[ro]portionis deperdet. b. in illa hora: et nō restituit[ur] in instanti terminatio[n]e ho[ra]: b. erit nō q̄tū: et tunc a. erit nō q̄tū: igitur eq̄ cito. a. et. b. deuenient ad nō q̄tū in tali casu: qd̄ fuit p[ro]bandū. S[ed] p[ro]babo hanc cōsequētia. b. infinita latitudine p[ro]portionis deperdit in hora: et nō restituit[ur] in instanti terminatio[n]e p[ro]portionis q̄titati: ergo in illo instanti non quātū manet. Quia si in illo instanti maneret alicuius quātitatis: sit illa quātitas vna millesima exempli gratia: et sequit[ur] q̄ in illa hora nō deperdit illi mille cupla: iam illud in fine maneret ut vna millesima et sic non maneret nō quātū.

Sed contra hoc arguitur sic quia si hoc esset verū se queretur eode mō q̄ si in aliqua duosive equalia sive inequalia in certa p[ro]portionē cōtūnuo unequaliter diminuuntur v[er]o sive ad non quātūm talia eque cito deuenient ad nō quātū: sed consequēs videtur falsum: igitur illud ex quo sequitur. Sequela p[ro]bat: et volo q̄ sint. a. et. b. a. pedale: et p[ro]bat. a. in qualibet parte p[ro]portionali p[ro]portionē quadruplicē b. vero semper in duplo minore p[ro]portionē in qualibet parte p[ro]portionali pura p[ro]portionē duplam. Ex arguitur ille cū parvū. a. p[ro]diderit infinitas p[ro]portiones quadruplicē ip[s]i deuenient ad non quātū: et tunc. b. g[ra]duit infinitas duplas v[er]o p[ar]at ex casu: ergo tunc. b. deuenient ad nō quātū. Mō enim potest infinitas duplas perdere qui infinita latitudine p[ro]portionis deperdet: et p[ro] consequēs eque cito. a. et. b. deuenient ad nō quātū: quod fuit p[ro]bandū. Et isto modo probabis de q[ua]buscūq[ue] alius corporibus sive equalibus sive inequalibus: dummodo vnum altero in certa p[ro]portionē continuo velocius diminuat[ur] ad non quātū.

Secundū p[ri]ncipaliter ad idem arguitur sic. Si velocitas augmentatio[n]is attendere penes p[ro]portionale acquisitionē quātitatis: sequeretur hec conclusio q̄ si aliquid inciperet successivo augeri a non quātū: ipsum infinitē velociter inciperet augeri: s[ed] consequēns est falso: igitur illud ex quo sequitur. Falsitas cōsequēs arguitur sic: q[ue] tunc se queritur q[ue] quodlibet tale infinitē velociter inciperet acquires de quātitate: s[ed] p[ro]sequens est falso: igitur illud ex quo sequitur. Sed ut p[ro]babo sequelam quis illa. a. incipit augeri a nō quātū post instantis inceptionis talis augmentationis ipsum est al[ia] quātitas: et ante illud instantis fuit in duplo minus: et in triplo et in quadruplo et sic infinitē ergo inter illud instantis et instantis initium illud acquires infinitam proportionem: et p[ro] consequēs sequis q̄ ipsum infinitē velociter incipit augeri. p[ar]at consequētia ex positione. q̄ Dices et bene concedendo. cōclusiones illoram ut bene p[ro]bat argumentū et negando falsitatem consequētia: et ad probationē nego istam consequētia infinitē velociter incipit augeri: ergo infinitē velociter incipit a. acquires de quātitate

Dicitur

2. Kapitel des 3. Traktats des 3. Teils

Secundum capitulum huius tractatus, in quo solito pro more disputative inquirimus, penes quid velocitas augmentationis attendi habeat

Nunc consequenter quaeritur, utrum velocitas motus augmentationis penes proportionalem acquisitionem quantitatis attendi habeat, an penes absolutam acquisitionem quantitatis.


Arguitur primo, quod non penes proportionabilem acquisitionem quantitatis, ita quod non semper illud, quod in eodem tempore maiorem proportionem acquirit quam aliud, velocius augmentetur quam aliud in eodem tempore, quia si sic, tunc sequetur, quod A et B sunt aequalia, et A continuo velocius augmentabitur quam B, et tamen semper A manebit minus B, sed consequens est manifeste falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur: et volo, quod A et B sint duo pedalia, et acquirat uniformiter B in hora unum pedale, et nihil deperdat de qu[u]antitate praehabita, A vero acquirat unum pedale uniformiter per horam, et deperdat unum semipedale quantitatis praehabitae uniformiter in illa hora. Quo posito arguitur sic: A et B sunt modo aequalia, et semper A post hoc manebit minus B, ut constat, quam si nihil deperderet maneret aequale, sed modo continuo perdet. Ergo continuo manet minus, et tamen A continuo velocius augmentabitur quam B, igitur intentum. Probatur minor, quia A continuo erit minus B et continuo aequalem quantitatem acquires cum B, igitur A continuo maiorem proportionem acquires quam B, et penes acquisitionem maioioris proportionis in eodem tempore attenditur maior velocitas augmentationis, igitur A continuo velocius augmentabitur quam B. Quod fuit probandum. Haec consequentia patet de se et prior ex octava suppositione quarti capituli secundae partis, et in aliis plerisque locis libri arguta est. ¶ Dices et bene negando sequelam, et ad probationem admisso casu ad bonum sensum posset enim negari, ut postea dicemus, respondeo negando minorem videlicet, quod A continuo post hoc velocius augmentabitur quam B, et ad probationem concedo, quod A continuo manebit minus, et nego, quod continuo aequalem quantitatem acquires cum B, sicut de facto est negandum, quia si nihil deperderet, semper acquires aequalem quantitatem, sed modo continuo deperdet, ergo continuo acquires minorem, quoniam in tota hora non acquires A, nisi semipedale. Manebit enim in fine pedale cum dimidio, quoniam mansisset bipedale, nisi perdidisset dimidium. ¶ Item in instanti medio horae acquisivit A unam quartam pedalium, B vero unam medietatem, et sic in illa prima medietate maiorem quantitatem acquisivit B quam A, cuius oppositum assumit argumentum. ¶ Ex quo a parte infertur cal[cu]latores male induxisse illud consequens tanquam sequens ex opinione, quam impugnamus, quantum illa conclusio nullo pacto sequitur ex positione. Teneatur igitur positio universaliter.

Sed contra hanc responsionem arguitur sic, quia si illa positio esset universaliter vera, sequeretur haec conclusio, quod si sint duo sive aequalia sive inaequalia, quae continuo aequae velociter diminuantur perdendo continuo aequales proportiones, aequae cito venient ad non quantum, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur, falsitas consequentis probatur, quia stat, quod aliqua duo in aliquo tempore aequae velociter diminuantur perdendo in illo tempore praecise 4 duplas, igitur tunc continuo aequae velociter diminuentur, et tamen non aequae cito devenient ad non quantum, et per consequens illud illatum est una conditionalis, quae est falsa, igitur illud consequens est falsum. ¶ Dices et bene, quod de

rigore illud consequens est falsum, quamvis sub illa forma ponatur a calculatore, sed oportet addere in antecedente illius conditionis, quae aequae velociter diminuantur usque ad non quantum, et tunc illa conclusio est concedenda secundum opinionem. Quod sic ostenditur, quoniam si aliquod corpus, puta A, in hora diminuat ad non quantum, illud corpus infinitam latitudinem proportionum deperdet, et B aliud corpus maius in tota illa hora aequae velociter diminuitur cum A, ergo sequitur, quod infinitam latitudinem proportionis etiam deperdet B in illa hora, et ultra infinitam latitudinem proportionis deperdet B in illa hora, et non restituitur in instanti terminativo pristinae quantitati, ut volo, igitur in instanti terminativo horae B erit non quantum, et tunc A erit non quantum, igitur aequae cito A et B devenient ad non quantum in tali casu. Quod fuit probandum. Sed tam probo hanc consequentiam: B infinitam latitudinem proportionis deperdet in hora, et non restituitur in instanti terminativo pristinae quantitati, ergo in illo instanti non quantum manet. Quia si in illo instanti maneret alicuius quantitatis, sit illa quantitas una millesima exempli gratia, et tam sequitur, quod in illa hora non deperdet, nisi millesimam proportionem, et per consequens non infinitam, quod est oppositum consequentis. Et isto modo probatur haec consequentia prius facta: devenit A ad non quantum, ergo infinitam proportionem deperdet, quia si solum finita, puta millesimam, iam illud in fine maneret ut una millesima, et sic non maneret non quantum.

Sed contra hoc arguitur sic, quia si hoc esset verum, sequitur eodem modo, quod si in aliqua duo – sive aequalia sive inaequalia – in certa proportione continuo inaequaliter diminuantur usque ad non quantum, talia aequae cito deveniunt ad non quantum, sed consequens videtur falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur: et volo, quod sint A et B pedale, et perdat A in qualibet parte proportionali proportionem quadruplicam, B vero semper in duplo minorem proportionem in qualibet parte proportionali, puta proportionem duplam. Et arguitur sic: cum primum A perdidit infinitas proportiones quadruplicas, ipsum devenerit ad non quantum, et tunc B perdidit infinitas duplas, ut patet ex casu, ergo tunc B devenit ad non quantum. Non enim potest infinitas duplas perdere, quin infinitam latitudinem proportionis deperdat, et per consequens aequae cito A et B devenient ad non quantum. Quod fuit probandum. Et isto modo probabis de quibuscumque aliis corporibus, sive aequalibus sive inaequalibus, dummodo unum altero in certa proportione continuo velocius diminuatur ad non quantum.

Secundo principaliter ad idem arguitur sic: si velocitas augmentationis attenderetur penes proportionalem acquisitionem quantitatis, sequeretur haec conclusio, quod, si aliquid inciperet successive augeri a non quanto, ipsum infinite velociter inciperet augeri, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Falsitas consequens arguitur sic, quia tunc sequeretur, quod quolibet tale infinite velociter inciperet acquirere de quantitate, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sed tam probo sequelam, quia si A incipit augeri a non quanto post instans inceptionis talis augmentationis, ipsum est aliquantum, et ante illud instans fuit in duplo minus et in triplo et in quadruplo et sic infinitum, ergo inter illud instans et instans initiativum illud acquisivit infinitam proportionem, et per consequens sequitur, quod ipsum infinite velociter incipit augeri. Patet consequentia ex positione. ¶ Dices et bene concedendo conclusionem illatam, ut bene probat argumentum, et negando falsitatem consequentis, et ad probationem nego istam consequentiam infinite velociter incipit augeri, ergo infinite velociter incipit A acquirere de quantitate,



ut postea ostenditur. Immo stat, quod infinite tarde incipit acquirere de quantitate.

Sed contra, quia tunc sequeretur haec conclusio, quod si aliqua duo inciperent augeri a non quanto, puta A et B, et A in certa proportione continuo velocius augeatur quam B, ipsum A, quod in certa proportione continuo velocius augebitur quam B, per magnum tempus manebit minus ipso B, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Falsitas consequentis arguitur sic, quoniam, si A et B a non quanto incipient continuo aequavelociter augeri, continuo manerent aequalia, sed modo A continuo velocius augebitur quam B, et incipiunt a non quanto in eodem instanti, ergo sequitur, quod A continuo erit maius ipso B, et per consequens numquam manebit minus. Sed iam probo sequelam, quoniam si ipsum A, quod velocius augetur, non per aliquod tempus erit minus ipso B, sed semper maius ut dictis. Detur igitur unum instans illius temporis, in quo A est maius ipso B in aliqua proportione, et semper ante illud instans fuit maius, ut dicas, et sit tale instans C, et sit gratia argumenti in tali instanti proportio A ad B sexquialtera adaequata, et volo gratia exempli, quod A continuo augeatur velocius B in proportione dupla. Quo posito arguitur sic: B infinitas proportiones sexquialteras acquisivit ab instanti initiativo augmentationis usque ad instans C, ut patet ex isto arguento, detur igitur unum instans, quod sit D, ante instans C, inter quod et instans C B acquisivit duas sexquialteras, et arguitur sic: inter D instans et C instans acquisivit B duas sexquialteras, et A continuo in duplo velocius augetur quam B, igitur A inter D instans et C instans acquisivit quatuor sexquialteras, et in D instanti erat maius ipso B per te, igitur in C instanti est ipsum A plus quam in sexquialtero maius ipso B, quod est oppositum concessi. Dictum est enim, quod in C instanti se habebant in proportione sexquialtera adaequata. Probatur cons[eu]ntia, quia si A et B in instanti D fuissent aequalia, et [B] acquisivisset D duas sexquialteras, et A 4 usque ad instans C in ipso instanti. [In] C A excessisset B per duas sexquialteras, sed modo in tali instanti A est adhuc maius B per te, et acquirit 4 sexquialteras usque ad instans C, et B acquirit praeceise duas usque ad idem instans C, ergo sequitur, quod in illo instanti C A excedit B per duas sexquialteras vel per plus. Patet haec consequentia per locum a maiori, et per consequens non per sexquialteram praeceise, quod erat inferendum. Tenet haec induc[t]io virtute huius maxima: Quando aliqua duo sunt aequalia, et in eodem tempore unum illorum maiorem proportionem acquirit quam reliquum, in fine temporis illud, quod maiorem proportionem acquisivit, est maius illo, quod minorem proportionem acquisivit in proportione, per quam proportio acquisita illi, quod in fine est maius, excedit proportionem acquisitam illi, quod est minu[s], ut constat ex secunda parte, isto modo universaliter probabis in omnibus.

¶ Dices et bene concedendo, quod infertur, ut bene probat argumentum, et negando falsitatem consequentis, et ad probacionem nego hanc conditionalem: si A et B incipient augeri [a] non quanto continuo aequa velociter, ipsa continuo manebunt aequalia. Immo stat, quod unum, in quacumque proportione volueris, maneat minus altero, ut postea demonstrabitur.

Sed contra hanc solutionem arguitur sic, quia si illa solutio esset bona, sequeretur, quod si A et B inciperent augeri a non quanto, et A in certa proportione continuo velocius augeretur quam B, ipsum A, quod in certa proportione continuo velocius augetur, inciperet in infinitum esse minus ipso B, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Falsitas consequentis pro-

batur, quia tunc sequeretur, quod quando aliqua duo | incipiunt augeri a non quanto, unum in certa proportione continuo velocius altero, illud, quod tardius incipit augeri, incipiet in infinitum velocius acquirere de quantitate. Sed hoc appareat falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela tamen probatur, quia quocumque instanti dato post instans initiativum augmentationis inter illud et instans initiativum A erit aliquantulum minus ipso B, ut patet ex priori replica, et in duplo minus et in triplo et in quadruplo et sic in infinitum, ergo immediate post illud instans initiativum A erit in infinitum minus ipso B, et iam non est minus, ergo incipit esse in infinitum minus ipso B, et tam A quam B incipit a non quanto acquirere quantitatem, ergo B, quod incipit tardius augeri, incipit infinitum velocius acquirere de quantitate A, quod in certa proportione velocius incipit augmentari. Quod fuit probandum. Sed iam probo, quod quocumque instanti dato post illud instans initiativum erit A inter illud instans et instans initiativum aliquantulum minus ipso B et in duplo et in quadruplo et sic in infinitum, quia si non da oppositum, et dic, quod bene A erit minus ipso B, sed numquam in quadruplo gratia exempli, et arguo sic capiendo unum instans, quod sit C, in quo A est minus B, ut concedis, et superius probatum est, et numquam ante illud instans erit in quadruplo minus, et cum B acquires infinitas proportiones quadruplas ab instanti initiativo augmentationis usque ad instans C. Capio unum instans ante C, quod sit D inter quod et C, ipsum B acquirit unam quadruplam praeceise. Et arguo sic: B inter D et C acquires unam quadruplam, et A in duplo velocius augetur quam B, ut suppono, ergo sequitur, quod A inter D et C instans acquires duas quadruplas, et in D instanti A non erit in quadruplo minus ipso D, sed in minori proportione minus. Igitur in C instanti A erit maius B, quod est oppositum concessi. Positum enim est et concessum, quod A esset minus B in C instanti, sed non in quadruplo minus. Patet tamen consequentia, quoniam si in D instanti foret A in quadruplo minus ipso B, et inter D instans et C instans acquires B unam quadruplam, et A duas, tunc in C instanti A esset aequale B, quia acquires illam proportionem, quae deficiebat ei, ut sit aequale B, et in super tantam, quantam B. Ergo manet aequale B, sed modo in D instanti erit A minus quam tunc, et acquires usque ad C instans tantam proportionem, quantam tunc, ergo sequitur, quod in C instanti manet maius quam tunc et per consequens maius ipso B, quod fuit inferendum. Ei isto modo probabis in quibuscumque aliis speciebus proportionum. Si tu enim dicas, quod in sexquialtero velocius A continuo augebitur quam B et numquam erit in quadruplo minus, tunc ego posito, quod B inter instans D et C acquires duas quadruplas, et per consequens in illo tempore A acquires 3 quadruplas, et sic acquires plus, quam deficiebat ei, ut esset aequale B, et insuper tantum, quantum acquisivit B, et per consequens in C instanti manebit A maius B, quod est oppositum concessi.

Confirmatur, quia si illa positio esset vera, sequeretur, quod A inciperet a non quanto in infinitum velociter augeri, et tamen continuo acquires uniformiter de quantitate, sed consequens videtur repugnare. Igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur, et divido horam futuram per partes proportionales proportione dupla minoribus terminatis versus finem, et capio unum pedale divisum per partes proportionales proportione dupla, et volo, quod in prima parte proportionali temporis deperdat uniformiter primam partem proportionalem sui et in secunda secundam et in tertia tertiam et sic consequenter semper uniformiter deperdendo quantitatem usque ad non quantum. Deinde volo, quod in alia hora sequenti augeatur A non quanta

220

Tertii tractatus

¶ Icitur.

oīno eodē modo sicut diminuebat acqrendo vniuersiter quātitatē sicut eam deperdebat, quo posito arguit sic, a. in instanti initiativo alterius horae sequentis incipit vniiformiter acqrendre quātitatē quia vniiformiter deperdit in hora priori cum positio in casu; et tamen incipit in infinitū velociter augerit pater ex principio huius secundi argumenti: igitur ppossumus. ¶ Dices et bene cōcedēdo quod infertur: et ne gaudio q̄ illud repugnet. Immo in tali casu illud sequit ex hac positio.

Sed contra q̄ tūc sequeretur q̄ quotiescunq; hora diuidit pportioē dupla et aliqd incipit augeri a non quāto in qualibet parte pportioē nati acqrendo vniiformiter vnam sui partē proportionalē pportioē dupla: ipso incipit vniiformiter acqrendre quātitatē: et cōtinuo vniiformiter acqredit. ¶ At hoc qz in equalib; partib; tēporis equales quātitatē oīno acqredit: s; cōsequēs est falsum: igitur illud ex quo sequit. Halitas sequit; arguitur: qz fūc sequeretur q̄ si duo inciperet augeri a nō quāto: et vnu illorū in qualibet parte pportionalē tempore pportioē dupla incipiēdā a minoribus acqredit vniiformiter vna partē pportionalē sui pportioē dupla q̄ in qualibet pte pportionalē acqredit. pportioē dupla: et aliud in certa pportioē cōtinuo velocius augeretur pura in qualibet parte pportionalē talis tēporis acqrendo pportioē qua duplam vel octuplam cōtinuo: tunc illud quod in certa pportioē cōtinuo velocius augeretur incipit infinitū tardē acqrendre de quātitate: sed sequēs est falsum: quia tūc sequeretur q̄ omne qd a nō quāto incipit augeri: et in qualibet parte tēporis pportioē nati pportioē dupla maiorē pportioē acqredit quā dupla: et infinitū tardē acqredit de q̄titate quod videt oīno extranei. Sequela tamē pbāt: et volo q̄ a. sic incipiat augeri a nō quāto: et i qualibet pte pportionalē tēporis pportioē dupla acqredit pportioē dupla acqrendovniformiter de quātitate et. b. in omni cōsimili parte tēporis acqredit maiorē pportioē dupla puta triplā vel quadruplā vel octuplā: in idē redit. quo posito arguitur sic, a. et. b. incipiat augeri a nō quāto: et. b. in certa pportioē cōtinuo velocius augeretur q̄ a. ergo sequit q̄ a. incipit in infinitū et maius ipso. b. et p sequēs incipit in infinitū maiore quātitatē acqredit ipso. b. et pater ex ultima replica secundi argumenti: et ultra sequitur q̄ in infinitū maiore quātitatē acqredit, a. q̄ b. in eodē tempore: et. a. cōtinuo vniiformiter et eq̄ velociter acqredit quātitatē: ergo. b. incipit in infinitū tardē acqrendre de quātitate quod fuit pbādū.

Cōfir. 2.

Confirmatur secundū quia si positio esset vera sequeret q̄ si a nō quāto aliquid inciperet augeri in qualibet parte pportionalē tempore pportioē dupla diuisi acqredit minore pportioē q̄ duplā: ipso inciperet in infinitū velociter acqredit de quātitate: s; cōsequēs est falsum: igitur illud ex quo sequit. Sequela pbāt et capio. a. et. b. et volo q̄ a. incipiat augeri a nō quāto in qualibet parte pportionalē tēporis pportioē dupla diuisi acqrendovniformiter cōsimili partē pportionalē sui pportioē dupla ita q̄ in qualibet tali parte tēporis acqredit vna pportioē duplā: et. b. in qualibet cōsimili parte tēporis acqredit vna partē pportionalē sui pportioē minorē dupla puta sexquartertia vel sex quāltera. Quo posito arguit sic, a. et. b. incipiunt augeri a nō quāto: et. b. in certa pportioē cōtinuo tardius ipso. a. igitur incipit et in infinitū maius ipso. a. et per sequēs incipit in infinitū velociter maiore

Capit. secundum

quātitatē acqredit q̄ a. in eodē tēpore. Pater conses quātitatē et prius: et a. cōtinuo certe velociter acqredit quātitatē et positū est nūg. b. in infinitū velociter acqredit quātitatē quod fuit pbādū. Et iam pprobo falsitatē cōsequētis: qz tūc sequeretur q̄ si a. et. b. in cōperebant a nō quāto augeri: et a. in qualibet parte pportionalē tēporis propoētioē dupla acqredit propoētioē sexquialterā: et. b. in cōsimili parte cōtinuo acqredit pportioē dupla: et. b. in infinitū velociter acqredit de quātitate: et p cōsequēs. b. nō inciperet velocius acqredit de quātitate q̄ a. et sic nō inciperet in infinitū eē maius ipso a. quod est etra cōclusionē pbārā in ultima re plica secundi argumenti. Halitas cōsequētis patet qz nō videb; possibile q̄ vtrūq; illorū inciperet in infinitū velociter acqredit de quātitate: et tamē vnu illorum inciperet in infinitū velocius altero acqredit. Cōsequētia tamē pater quia vtrūq; illorū inciperet augeri a nō quāto cōtinuo in qualibet parte pportionalē tēporis pportioē dupla acqreditē minorē pportioē dupla: igitur.

Confirmatur tertio quia si positio eēt vera sequeret q̄ quātuncū magnū corpus sit diuisum per partes pportionales aliqua propoētio ne: et aliud quātuncū parvū diuisum per partes pportionales aliqua propoētione minorē: in infinitū maiorē est aliqua pars pportionalis minoris parte pportionali cōrespōdente maioris: Et cōsequens apparet falsum: igitur illud ex quo sequit. Sequela probatur qz si non detur vnu cētupedale diuisum p partes pportionales propoētioē qua duruplā: et vnu semipedale vel quātuncū parvū volueris diuisum p partes pportionales propoētione sexquartertia seu quālis alia propoētione minorē quadruplā: et diminuit illa duo vnuq; ad nō q̄tu; ita q̄ manus cōtinuo in qualibet parte pportionalē tēporis propoētioē dupla vna sui partiē pportionalē perdat pdēdo propoētione quadruplā et semipedale in qualibet parte cōsimili perdat pportioē sexquartertia pdēdo vnam partē pportionalē sui propoētioē tertaria quouſq; veniat ad nō quātu; tūc volo q̄ incipiāt oīno eodē modo acqredit quātitates deperditas et oīno eodē modo augeri sicut diminuebāt. Quo posito arguitur sic illud qd fuit cētupedale: et illud qd fuit semipedale incipiūt a nō quāto augeri: et illud qd fuit semipedale incipiūt in certa portioē tardius cōtinuo augeri q̄ cētupedale: igitur illud qd fuit semipedale incipiūt in infinitū et maius illo altero quod fuit cētupedale: et illud qd fuit centipedale incipiūt acqreditē partē pportionalē propoētioē quadruplā quas ante pddidit: et illud qd fuit semipedale incipiūt acqreditē partē pportionalē propoētione sexquartertia quas ante deputit: igitur incipit in infinitū maiores partes acqreditē illud quod fuit semipedale q̄ illud qd fuit centipedale. Pater cōsequētia qz immediate post illud qd fuit semipedale in infinitū erit manus illo qd fuit centipedale. igitur immediate ptoēt hoc in infinitū maiores erunt partes pportionalē illius propoētioē sexquartertia partib; pportionalib; alterius pportioē quadruplā: et tales partes incipiūt acqreditē: et semp acqreditē partē cōrespōdentes sicut deperdebāt: igitur in infinitū maiorē est aliqua pars pportionalis minoris pportionali cōrespōdente maioris quod fuit probandum.

Tertio p̄cipitaliter ad idē arguitur sic. Si illa positio esset vera sequeretur hec cōclusio q̄

omnino eodem modo, sicut diminuebatur acquirendo uniformiter quantitatem, sicut eam deperdebat. Quo posito arguitur sic: A in instanti initiativo alterius horae sequentis incipit uniformiter acquirere quantitatem, quia uniformiter deperdit in hora priori cum positis in casu, et tamen incipit in infinitum velociter augeri, ut patet ex principio huius secundi argumenti, igitur propositum. ¶ Dices et bene concedendo, quod infertur, et negando, quod illud repugnet. Immo in tali casu illud sequitur ex hac positione.

Sed contra, quia tunc sequeretur, quod quotienscumque hora dividitur proportione dupla, et aliquid incipit augeri a non quanto in qualibet parte proportionali acquirendo uniformiter unam sui partem proportionalem proportione dupla, ipsum incipit uniformiter acquirere quantitatem, et continuo uniformiter acquirit. Patet hoc, quia in aequalibus partibus temporis aequalem quantitatem omnino acquirit, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Falsitas consequentis arguitur, quia tunc sequeretur, quod si duo inciperent augeri a non quanto, et unum illorum in qualibet parte proportionali temporis proportione dupla i[n]cipiendo a minoribus acquireret uniformiter unam partem proportionalem sui proportione dupla, ita quod in qualibet parte proportionali acquireret proportionem duplam, et aliud in certa proportione continuo velocius augeretur, puta in qualibet parte proportionali talis temporis acquirendo proportionem quadruplam vel octuplam continuo, tunc illud, quod in certa proportione continuo velocius augetur, incipit infinitum tarde acquirere de quantitate. Sed consequens est falsum, quia tunc sequeretur, quod omne, quod a non quanto incipit augeri, et in qualibet parte temporis proportionali proportione dupla maiorem proportionem acquirit quam dupla, in infinitum tarde acquireret de quantitate, quod videtur omnino extraneum. Sequela tamen probatur: et volo, quod A sic incipiat augeri a non quanto, et in qualibet parte proportionali temporis proportione dupla acquirat proportionem duplam acquirendo uniformiter de quantitate, et B in omni consimili parte temporis acquirat maiorem proportionem dupla, puta triplam vel quadruplam vel octuplam, in idem redit. Quo posito arguitur sic: A et B incipiunt augeri a non quanto, et B in certa proportione continuo velocius augebitur quam A, ergo sequitur, quod A incipit in infinitum esse maius ipso B, et per consequens incipit in infinitum maiorem quantitatem acquirere ipso B, ut patet ex ultima replica secundi argumenti, et ultra sequitur, quod in infinitum maiorem quantitatem acquirit A quam B in eodem tempore, et A continuo uniformiter et aequo velociter acquirit quantitatem, ergo B incipit in infinitum tarde acquirere de quantitate. Quod fuit probandum.

Confirmatur secundo, quia si positio esset vera, sequeretur, quod si a non quanto aliquid inciperet augeri in qualibet parte proportionali temporis proportione dupla divisi acquirendo minorem proportionem quam duplam, ipsum inciperet in infinitum velociter acquirere de quantitate, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur: et capio A et B et volo, quod A incipiat augeri a non quanto in qualibet parte proportionali temporis proportione dupla divisi acquirendo uniformiter consimilem partem proportionalem sui proportione dupla, ita quod in qualibet tali parte temporis acquirat unam proportionem duplam, et B in qualibet consimili parte temporis acquirat unam partem proportionalem sui proportione minori dupla, puta sexquartia vel sexquialtera. Quo posito arguitur sic: A et B incipiunt augeri a non quanto, et B in certa proportione continuo tardius ipso A, igitur incipit esse in infinitum maius ips[o] A, et per consequens incipit

in infinitum velociter maiorem | quantitatem acquirere quam A in eodem tempore. Pate[nt] consequentia ut prius, et A continuo certe velociter acquirit quantitatem, ut positum est. Igitur B in infinitum velociter acquirit quantitatem, quod fuit probandum. Sed iam probo falsitatem consequentis, quia tunc sequeretur, quod si A et B inciperent a non quanto augeri, et A in qualibet parte proportionali temporis proportione dupla acqu[i]reret proportionem sexquialteram, et B in consimili parte continuo acquireret proportionem sexquartiam, tunc utrumque illorum inciperet infinite velociter acquirere de quantitate, et per consequens B non inciperet velocius acquirere de quantitate quam A et sic non inciperet in infinitum esse maius ipso A, quod est contra conclusionem probatam in ultima replica secundi argumenti. Falsitas consequentis patet, quia non videtur possibile, quod utrumque illorum inciperet infinite velociter acquirere de quantitate, et tamen unum illorum inciperet in infinitum velocius altero acquirere. Consequentia tamen patet, quia utrumque illorum incipit augeri a non quanto continuo in qualibet parte proportionali temporis proportione dupla acquirendo minorem proportionem dupla. Igitur.

Confirmatur tertio, quia si positio esset vera, sequeretur, quod quantumcumque magnum corpus sit divisum per partes proportionales aliquam proportione, et aliud quantumcumque parum divisum per partes proportionales aliqua proportione minori, in infinitum maior est aliqua pars proportionalis minoris parte proportionali correspondente majoris, sed consequens appetat falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur, quia si non detur unum centipedale divisum per partes proportionales proportione quadupla, et [detur] unum semipedale vel, quantumcumque parvum volueris, divisum per partes portionales proportione sexquartia seu quavis alia proportione minori quadrupla, et diminuantur illa duo usque ad non quantum, ita quod maius continuo in qualibet parte proportionali temporis proportione dupla unam sui partem proportionalem perdat perdendo proportionem quadruplam, et semipedale in qualibet parte consimili perdat proportionem sexquartiam perdendo unam partem proportionalem sui proportione sextaertia, quousque veniant ad non quantum, tunc volo, quod incipiant omnino eodem modo acquirere quantitates perditas, et omnino eodem modo augeri sicut diminuebantur. Quo posito arguitur sic illud, quod fuit centipedale, et illud, quod fuit semipedale, incipiunt a non quanto augeri. Et illud, quod fuit semipedale, incipit in certa portione tardius continuo augeri quam centipedale, igitur illud, quod fuit semipedale, incipit in infinitum esse maius illo altero, quod fuit centipedale, et illud, quod fuit centipedale incipit acquirere partes proportionales proportione quadrupla, quas antea perdidit, et illud, quod fuit semipedale incipit acquirere partes proportionales proportione sesquartia, quas antea perdidit, igitur incipit in infinitum maiores partes acquirere illud, quod fuit semipedale, quam illud, quod fuit centipedale. Patet consequentia, quia immediate post illud, quod fuit semipedale, in infinitum erit maius illo, quod fuit centipedale. Igitur immediate post hoc in infinitum maiores erunt partes proportionales illius proportione sexquartia partibus proportionalibus alterius proportione quadrupla, et tales partes incipit acquirere, et semper acquirunt partes correspondentes, sicut deperdebant, igitur in infinitum maior est aliqua pars proportionalis minoris parte proportionali correspondente majoris. Quod fuit probandum.

Tertio principaliter ad idem arguitur sic: si illa positio esset vera, sequeretur haec conclusio,

De motu augmentationis.

221

Si aliquid corpus diuidatur p partes proportionales proportionis dupla: et in aliquo tempore pars in hora prima pars proportionalis augetur aliquantulus velociter: et secunda in duplo velocius: et tertia in triplo: et prima: et sic sequenter sequeretur et totus illud corpus in fine temporis esset infinitus magnus: et per consequens illud corpus infinitus velociter augmentaretur: sed sequentur est falsum: ergo et abs. Ealitas consequentis arguit: et ponocasum per istius corporis diuisum p partes proportionales proportionis dupla: et in hora prima pars proportionalis acquirat proportionem sexualiter: et secunda in eodem tempore acquirat duas sexualiter: et quarta. et sic sequenter. Quo posito arguit sic: prima pars proportionalis illius corporis aliqualiter auget: et secunda in duplo magis: et tertia in triplo: et sic consequenter: et tam illud corpus in fine non erit infinitus sed soli finitus ergo in tali casu non acquirit infinitus proportionem: et per sequentes illud illatus est falsum quod est una conditionis cuius animus est verum consequentia falsum. Sed iam probo quod illud in illo casu erit finitum in fine hore quam in fine hore ille partes que ante augmentationem se habebant in proportionem dupla se habebunt continuo in proportionem sexquartaria: ergo aggregati ex oib[us] sequentibus primam est tripliciter ad primam ut per intelligi quoniam caput primae partis: et primam est finitus: ergo totus est finitus. Sed iam probo quod ille partes continuo se habebant in proportionem sexquartaria: quoniam prima et secunda se habebant in proportionem sexquartaria: et secunda et tertia: et sic de quibusdam aliis immediatis: quoniam si secunda acquireret adequate vnam duplam sicut prima: tunc prima et secunda adhuc maneret in proportione dupla ut per maria nuper prime posita: et modo secunda acquireret adhuc vnam duplam: et illa depedit proportionem inter primam et secundam: igitur totalis proportionem inter primam et secundam depeditur quod non erat nisi dupla et sic primas secundas manent equalis. Itē si tertia parte acquireret duas duplas sicut secunda adhuc inter secundam et tertiam maneret proportionem dupla: sed modo illam duplam acquirit tertiis: ergo secunda et tertia manent equalis. Probat quod quando subdupli augent ad duplum efficaciter duplo equale: et isto modo probabis de quibusdam aliis duabus immediatis: ergo omnes ille partes in fine manebunt equalis: et per conies quoniam illud corpus erit in fine infinitus quod fuit probandum: hec inducit ghalter p[ro]p[ter] haec maximam. Quod docet aliquis due quantitates se habent in aliquo proportionem maioris inequalitatem et minoris acquirit totam proportionem que est inter ipsam et maiorem quam in ea auget: et cum hoc illa minor acquirit etiam illam proportionem quam acquirit maior: et sic in fine manebunt equalis. Probat quod minor acquisit totum quod deficiebat ei et esset equalis alteri: et cum hoc illud quod illa maior acquisit: et sic est in propoiso de his partibus immediatis ut constat: igitur in fine ille pars manent equalis.

Et confirmatur quia si illa positio est
vera sequentur quod si aliquid corpus diuidere in par-
tes proportionales proportionem dupla: et prima pars
proportionalis in hora acquirat aliquam proportionem ita quod augent aliquantulum velociter: et secunda in
duplo velocius in eodem tempore: et tertia in duplo velocius quam secunda: et quartam in duplo velocius quam tertia in eodem tempore: et sic sequenter tunc in fine illud corpus manebit infinitus magnus: et sic in illo tempore in
finite velociter augmentabitur: sed sequentur est falsum:
igitur et abs. Ealitas consequentis probat: et capitulo pedale diuisum, in partes proportionales proportionem dupla: et volo quod in una hora prima pars proportionalis acquirat vnam sexquicentauam: et in eodem tempore acquirat duas sexquicentauas: et tercia. quatuor: et quarta. et quinta. et sic sequenter duplando. Quo posito sic arguit prima pars illius corporis proportionem dupla in hora aliquam tunc auget: et secunda in duplo velocius: et tertia in duplo velocius quam secunda: et sic sequenter tunc in fine illud corpus non erit infinitus magnus nec tale corporis infinite velociter augetur: ergo illud sequens falsum. Probabat anno quod ille partes proportionales qui sunt minores continuo manebunt minores: nec vnam aliqua sequens erit equalis immediate precedenti in tali casu: ergo illud corpus in fine non erit infinitum. Probabat anno quod secunda pars non erit equalis prima: nec tertia secunde: nec quarta tertie: et sic sequenter tunc appareat: igitur non dabuntur in tali causa duae partes quarum una sit equalis immediate precedenti. Sed iam probo secundam principalem: quoniam si quelibet pars proportionalis sequens acquireret adequate tot proportiones sicut immediate precedentibus: tunc illae partes continuo se habent in principio: sed modo aliquam pars sequens acquireret decem proportiones plusquam

Maxia.

Maria
sive post
IIO.

Confir.

volueris, continuo illud corpus augeretur ita velociter sicut in prima parte proportionali in ea proportione, qua aliqua pars est minor prima, in ea minorem proportionem acquireret in illa quam in prima. Haec suppositio ex se constat. ¶ Secunda suppositio: quando istud corpus augmentatur in hora sic divisa, ut ponitur in conclusione, duas proportiones aequales acquirit in secunda parte proportionali, aequales – inquam – illi, quam acquireret, si moveretur aequavelociter in ea sicut in prima, quoniam movetur in duplo locius quam tunc, et in tertia tres aequales illi, quam acquireret, si moveretur aequa velociter sicut in prima, et in quarta quatuor aequales illi, quam acquireret, si moveretur aequa velociter sicut in prima, quia modo in quadruplo velocius movetur quam tunc et sic in infinitum. ¶ Tertia suppositio sequens ex his duabus: in casu conclusionis proportio acquisita in prima parte proportionali se habet ad utramque illarum durarum acquisitarum in secunda in proportione divisionis, et utraque de his duabus acquisitis in secunda ad quamlibet illarum trium acquisitarum in tertia se habet etiam in eadem proportione divisionis et sic consequenter. Patet haec ex prima suppositione. ¶ Ex quibus sequitur, quod ibi sunt infiniti ordines infinit[a]rum continuo se habentium in proportione divisionis, pro primi enim ordi[n]is prima parte capias proportionem acquisitam in prima parte proportionali et pro secunda parte unam acquisitarum in secunda et pro tertia unam acquisitarum in tertia et sic in infinitum. Et pro secundi ordinis prima parte capias alteram acquisitam in secunda et unam de acquisitis in tertia, pro secunda parte illius secundi ordinis et pro tertia parte unam de acquisitis in quarta, et sic in infinitum. Et pro tertii ordinis prima parte capias unam de acquisitis in tertia, quae adhuc non est accepta, et pro secunda unam de acquisitis in quarta et sic consequenter, ita quod nulla maneat acquisita in aliqua parte proportionali, quin sit aliqua pars aliquius illorum ordinum, et manifestum est, quod ibi erunt infiniti ordines continuo se habentes in proportione divisionis, quia semper partes eorum se habent ad invicem continuo in proportione divisionis, et omnium illorum primae partes etiam se habent in proportione divisionis, et secundae, et tertiae, et quartae et sic sine fine, igitur illi ordines continuo se habent in proportione divisionis. Iam haec consequentia antea deducta est, et per consequens aggregatum ex omnibus illis ordinibus se habet ad primum illorum in ea proportione, qua se habet tota hora divisa ad primam partem proportionalis, et primus illorum ordinum se habet etiam ad primam eius partem, quae est proportio acquisita in prima parte horae, etiam in proportione divisionis. Igitur aggregatum ex omnibus illis ordinibus, quod est proportio acquisita in tota hora ipsi corpori, se habet ad proportionem acquisitam in prima parte proportionali in proportione dupla ad proportionem, in qua se habet tota hora sic divisa ad primam eius partem proportionalem.

Patet consequentia, quia ibi sunt tres termini continuo proportionabiles tali proportione, quorum primus et maximus est aggregatum ex omnibus illis ordinibus, et secundus primus illorum ordinum, et tertius proportio acquisita in prima parte proportionali horae, igitur ibi est proportio dublicita, ut patet intuenti. Multae aliae conclusiones et correlaria ex hac imaginatione et industria horum ordinum possunt inferri materiam ampliando, quae omnia facile inducuntur ex dictis. Principium enim plus quam dimidium totius esse videtur ex primis ethicorum, et caeli | et mundi et

ex elenchorum et metaphysic[um] secundis. Quandoquidem his, quae circa materiam de motu locali difformi quoad tempus [dictum est], diligenter inspectis facile proprio marte educentur conclusiones innumerae, quoniam omnes, quae ibi inducuntur, mutatis mutandis hic inferri valent. ¶ Deinde ponendae sunt aliquae conclusiones, quae ex positione secunda nascuntur. Prima conclusio: nullum quadratum, cuius omnia latera sunt aequalia, sive superficiale sit si[v]e solidum, potest uniformiter ad non quantum diminui utraque eius dimensione uniformiter ad non quantum diminuta. Haec conclusio patet ex deductione octavi argumenti. Et hanc conclusionem sane intelligas capiendo ly „potest“ in sensu composito. ¶ Ex hac conclusione sequitur, quod si aliquod quadratum a non quanto incipit continuo uniformiter acquirere longitudinem, latitudinem et profunditatem, ipsum infinite tarde incipit augeri. Probatur, quoniam incipit continuo acquirere proportionem octuplam in qualibet parte proportionali proportione dupla, igitur incipit in infinitum tarde acquirere de quantitate. Patet consequentia ex secunda confirmatione secundi argumenti huius. Probatur antecedens, quia in via diminitionis quando continuo in qualibet parte proportionali dupla proportione latitudo, longitudine et profunditas perdunt proportionem duplam, tunc totum quadratum perdit proportionem octuplam, ergo in via augmentationis econverso augmentando in qualibet parte proportionali proportione dupla acquires octuplam proportionem illud quadratum. Quod fuit probandum. ¶ Sequitur secundo, quod si a non quanto aliquod quadratum incipit uniformiter augeri, sua latitudo et longitudine incipiunt infinite velociter augeri. Probatur, quia longitudine et latitudo incipiunt acquirere in parte proportionali proportione dupla minorem proportionem dupla. Igitur longitudine et latitudo illius quadrati incipiunt in infinitum velociter augeri. Patet haec consequentia ex secunda confirmatione p[re]allegata. Probatur antecedens, quoniam non augen[t]ur hae dimensiones in proportione dupla, quia tunc quadratum non uniformiter augeretur, ut patet ex priori correlario, nec in maiori dupla, quia tunc etiam quadratum in maiori quadrupla augeretur, et sic non augeretur uniformiter, ut constat, igitur illae dimensiones in maiori proportione dupla augentur in partibus proportionalibus temporis proportione dupla. Quod fuit probandum. ¶ Sequitur tertio, quod, si aliquod quadratum incipit a non quanto augeri, et in qualibet parte proportionali proportione dupla ipsius temporis acquirat proportionem minorem dupla, ipsum incipit infinite velociter augeri, et quaelibet eius dimensio incipit in infinitum velociter augeri, et tamen incipit quaelibet eius dimensio in infinitum velocius augeri quam ipsum quadratum. Patet hoc correlarium facile ex secunda confirmatione praedicta, hoc addito, quod semper in tali casu quadratum incipit maiorem proportionem acquirere quam aliqua eius dimensio, ut patet ex deductione octavi argumenti huius paucis facilissimis additis.

Secunda conclusio stat, quod A corpus incipit in infinitum velociter augeri et infinite tarde et uniformiter. Patet haec conclusio ex deductione replicae octavi argumenti. In hac materia possunt induci omnes illae conclusiones, quae inductae et probatae fuerunt tractatu secundo capite tertio de motu locali difformi quoad tempus. Videas ibi. Conclusionibus expeditis et consequenti secunda

231

De motu augmentationis.

da par questionis nostre restat ad dubia accedam.
Dubitatur primo An secundū primā opinionem vnde cūna: duodecima: et tredecima cōcluſiones calculatoris in capitulo de augmentatio ne sīnt concedēde: et an probatōnes earum quas ipse calculator adduxit cōcludant et sīnt efficaces.
Dubitatur secundō an ille eadem sīnt concedēde secundū posteriorem opinionem.

Dubitatur tertio an iuxta secundū op-
pinione aliqūd possī per totū dūmūnū.
 ¶ Ad primū accedam probo primo q̄ probatio calculatoris ad vnde cūna conclusionem nō valeat saltem in casu suo: quia in illo casu illa conclusio est falsa: igitur non probat eam in talis casu. Probatur antecedens: quia ipse ponit casum q̄ infinita incipiant augeri a non quanto: et incipiat primū in duplo velocius augeri secundo: et secundū in duplo velocius tertio: et tertiu quarto: et sic consequēter: in casu ista propositio ei falsa: in infinitum ve- lociter incipit aliquod augeri: quod in infinitū tar de incipit augeri. Probatur quia bene sequitur in finite velociter incipit aliquod illorum augeri quod infinita tarde incipit augeri: ergo post instantē q̄d est prefens infinitum velociter augerbit quod in finitum tarde incipit augeri: et p̄cōsequēs post hoc aliqualiter velociter aliquod illorum augerbit q̄d infinita tarde incipit augeri: consequens est falsus igitur et antecedens. Consequentes sunt note et probatur falsitas consequentis quia nullū infinita tar de incipit augeri et patet inveniē casum: igitur.
 ¶ Secundo arguit probando inefficaciam probatiōnis qua ipse calculator probat vnde cūna cōcluſionē. Ad eam em̄ probandam inducit calculator talem casum sīnt infinita quārā quorum primū sit aliquantū: et secundū in quadruplo manus q̄ pri- mū: et tertiu in quadruplo manus q̄ secundū: et sic in infinitū: et augeratur primū aliqualiter velociter et secundū in duplo minus: et tertiu in duplo min- q̄ secundū: et sic in infinitū: tunc dicit p̄zūna par tem conclusionis sequi. videlicet infinitum tarde incipit augeri quod infinitam quantitatē incipit acquirere quia vt inquit: secundū in duplo maio rem q̄tūtate acquirit q̄ primū: et tertiu q̄ secundū et sic cōsequēter. Ad quod probādū facit hanc cō sequentiā: si primū illorū p̄cīsē equevelociter au- geretur sicut secundū. Secundū in quadruplo velocius acquireret de quantitate quam primū: s̄n sic in duplo velocius incipit primū acquirere de quāti- tate quā min: ergo in duplo velocius incipit secundū acquirere de quantitate q̄ primū: et sic tertiu in du- plo velocius secundo: et sic in infinitū: et per con- sequens ante quodcumq; instans infinita quantitas erit acquisita alicui illorum: et sic infinitam quan- titatem incipit aliquod illorum acquirere. Sed hec ratio est inefficac quia consequētia illa quā facit nichil valet videlicet hec. Si primū equē velociter p̄cīsē augeretur sic secundū. Secundū in quadruplo velocius acquireret de quantitate q̄ primū: sed nūc puta in casu in duplo velocius incipit primū acquirere de quātūtate q̄d tunc: igitur in duplo velocius incipit secundū acquirere, de quātūtate q̄ primū. autem illa consequētia nichil valet: patet quia illius consequētia antecedens est verū in casu et consequētia falsum: igitur illa nichil valet. Probatur antecedens: et pono q̄ in illo casu primū illorum in una hora acquirat proportion-

nē sexdecuplam: et sit illud primū vnum pedale et secundū in eadem hora acquirat quadruplam quod quidem secundū est quadrupedale, quo pos- sito antecedens est verū et consequētia: igitur con sequētia nulla. ¶ autem antecedens est verū pa- ter: quia maior est necessaria ut constat et minor in casu nostro vera: quia incipit in duplo maiorē pro portionem acquirere q̄ tunc: et continuo in duplo maiorem acquirit q̄ tunc: et sic continuo in duplo maiorem quantitatem acquirit q̄ tunc: et per con sequētū totū antecedens est verū. Sed iam p̄bo falsitatem falsitatem consequētis quia in quol- ber instanti illius hore: primo erit acquisita maior quantitas q̄ subdupla ad quantitatem acquisitā ipsi secundū: igitur in nullo rati instanti erit acqui sita secundo dupla quantitas ad quātūtates acqui sitam primo: et per cōsequētū non incipit in duplo velocius acquirere de quātūtate q̄ primū: ex quo nunquam quantitas acquisita secundo erit in du- plo maior quam quantitas acquisita primo. Sed iam probo q̄ in quolibet instanti illius hore primo erit acquisita maior quantitas q̄ subdupla ad quātūtatem acquisitam primo: quia quocunq; instanti dāto si primū continuo equevelociter augeretur ci- secundo ipsum primū in tali instanti haberet ac quisitam quātūtate subquadruplam ad quātūtatem acquisitam secundo: s̄ modo super illā quātūtatem adhuc acquisiuit tantam proportionem si- cut acquisiuit tunc acquirendo illam quātūtatem ergo super illam quātūtatem acquisitam adhuc acquisiuit maiores illa acquisita: et p̄sōs in tali instanti quātūtias acquisita est maior q̄ subdupla ad quātūtatem acquisitam secundo quod fuit pro bandū. Patet consequētia: quia si p̄cīsē acqui siueret vñq; ad illud instans tantam proportionē sicut secundū: et super illam subquadrupla quātūtatem acquisitam acquisiuit adhuc tantam p̄cīsē: quātūtias ei acquisita mansisset subdupla ad quātūtatem acquisitam secundo: sed modo in illo instanti super illa quātūtate subquadrupla ipsiū primū acquirit maiore: quia acquirit tantam pro portionē sicut ante et illius: ergo quātūtias sub dupla ei acquisita est maior q̄ subdupla ad quātūtatem acquisitam secundo qd fuit probandum. Item ad probandum secundam partem eiusdem cō clusionis facit calculator talem consequētiam. Si primū aliquorum continuo se habentium in propor- tionē subquadrupla puta quōd primū si vi quātuor et secundū vt vnum: tertium vt vna quarta: et sic in infinitū equevelociter diminueretur sicut secundū in quadruplo velocius degderet de quātūtate quam secundū: sed nūc in duplo tardius in- cipit primū deperdere de quātūtate q̄ tunc: ergo in duplo velocius incipit primū deperdere de quātūtate q̄ secundū. Et hec cōsequētia etiā nichil valet quia primū spēmer deperdit maiorem quantitas tem q̄ dupla ad quātūtatem deperditam a secundo. ¶ Et si id dubium responde: ponendo aliquas p̄ positiones. ¶ P̄zūna p̄positio. Probationes vnde cūme et duodecime conclusionēs calculatoris sunt in efficaces. Patet hoc ex argumentis nigrimi factis. ¶ Secunda p̄positio. Ille conclusionēs vnde cūna vi delice et duodecima in casibus ibi positis si sumat in sensu cathegorico sunt false. Probatur de vnde cūna ex primo arguento contra dubium: de duodecima etiam probatur q̄ ipsa in casu ibi posi- to sit falsa: quia nullū illorum corporum infinitam quātūtatem incipit acquirere: igitur non in infini-

par[te] quaestio[n]is nostrar[e] restat, ad dubia accedamus.

Dubitatur primo, an secundum primam opinionem undecima, duodecima et tredecima conclusiones calculatoris in capitulo de augmentatione sint concedenda, et an pr[er]obationes earum, quas ipse calculator adduxit, concludant [aut] sint efficaces.

Dubitatur secundo, an illae eadem sint concedenda se-cundum posteriorem opinionem.

Dubitatur tertio, an iuxta secundum o[pt]ionem aliquid possit per totum diminui.

¶ Ad primum accedendo probo primo, quod probatio calculatoris ad undecimam conclusionem non valeat, saltem in casu suo, quia in illo casu illa conclusio est falsa, igitur non probat eam in tali casu. Probatur antecedens, quia ipse ponit casum, quod infinita incipiant augeri a non quanto, et incipiat primum in duplo velocius augeri secundo, et secundum in duplo velocius tertio, et tertium quartu[m] et sic consequenter, in casu ista proposito est falsa, in infinitum velociter incipit aliquod augeri, quod i[n] infinitum tarde incipit augeri. Probatur, quia bene sequitur infinite velociter incipit aliquod istorum augeri, quod infinite tarde incipit augeri, ergo post instans, quod est praesens, infinitum velociter augebitur, quod infinitum tarde incipit augeri, et per consequens post hoc aliqualiter velociter aliquod istorum augebitur, quod infinite tarde incipit augeri. Consequens est falsum, igitur et antecedens. Consequentiae sunt notae, et probatur falsitas consequentis, quia nullum infinite tarde incipit augeri, ut patet intuenti casum. Igitur.

¶ Secundo arguitur probando inefficaciam probationis, qua ipse calculator probat duodecimam conclusionem. Ad eam enim probandam inducit calculator talem casum: sint infinita quanta, quorum primum sit aliquantum, et secundum in quadruplo maius quam primum, et tertium in quadruplo maius quam secundum et sic in infinitum; et augeatur primum aliqualiter velociter, et secundum in duplo minus, et tertium in duplo minus quam secundum et sic in infinitum. Tunc dicit primam partem conclusio[n]is sequi, videlicet [in] infinitum tarde incipit augeri, quod infinitam quantitatem incipit acquirere, quia – ut inquit – secundum in duplo maiorem quantitatem acquirit quam primum, et tertium quam secundum et sic consequenter. Ad quod probandum facit hanc consequentiam: si primum illorum praecise aequa velociter augeretur sicut secundum, secundum in quadruplo velocius acquireret de quantitate quam primum, sed nunc in duplo velocius incipit primum acquirere de quantitate quam t[u]nc, ergo in duplo velocius incipit secundum acquirere de quantitate quam primum, et sic tertium in duplo velocius secundo et sic in infinitum, et per consequens ante quodcumque instans infinita quantitas erit acquisita alicui illorum, et sic infinitam quantitatem incipit aliquod illorum acquirere. Sed haec ratio est inefficax, quia consequentia illa, quam facit, nihil valet, videlicet haec: si primum aequa velociter praecise augeretur, sic secundum. Secundum in quadruplo velocius acquireret de quantitate quam primum, sed nunc, puta in casu, in duplo velocius incipit primum acquirere de quantitate quam tunc, igitur in duplo velocius incipit secundum acquirere de quantitate quam primum. Quod autem illa consequentia nihil valet, patet, quia illius consequentiae antecedens est verum in casu, et consequens falsum, igitur illa nihil valet. Proba[t]ur antecedens: et pono, quod in illo casu primum illorum in una hora acqui-

rat proportionem | sexdecuplam, et sit illud primum unum pedale, et secundum in eadem hora acquirat quadruplam, quod quidem secundum est quadrupedale. Quo posito antecedens est verum et consequens, igitur consequentia nulla. Quod autem antecedens sit verum, patet, quia maior est necessaria, ut constat, et minor in casu nostro vera, quia incipit in duplo maiorem proportionem acquirere quam tunc, et continuo in duplo maiorem acquirere quam tunc, et sic continuo in duplo maiorem quantitatem acquirit quam tunc, et per consequens totum antecedens est verum. Sed iam probo falsitatem [...] consequentis, quia in quolibet instanti illius horae primo erit acquisita maior quantitas quam subdupla ad quantitatem acquisitam ipsi secundo, igitur in nullo tali instanti erit acquisita secundo dupla quantitas ad quantitatem acquisitam primo, et per consequens non incipit in duplo velocius acquirere de quantitate quam primum, ex quoniam quam quantitas acquisita secundo erit in duplo maior quam quantitas acquisita primo. Sed iam probo, quod in quolibet instanti illius horae primo erit acquisita maior quautitas quam subdupla ad quantitatem acquisitam primo, quia quocumque instanti dato si primum continuo aequa velociter augeretur cum secundo, ipsum primum in tali instanti haberet acquisitam quantitatem subquadruplam ad quantitatem acquisitam secundo, sed modo super illam quantitatem adhuc acquisivit tantam proportionem, sicut acquisivit tunc acquirendo illam quantitatem, ergo super illam quantitatem acquisitam adhuc acquisivit maiorem illa acquisita, et per consequens in tali instanti quantitas acquisita est maior quam subdupla ad quantitatem acquisitam secundo. Quod fuit probandum. Patet consequentia, quia si praecise acquisivisset usque ad illud instans tantam proportionem sicut secundum, et super illam subquadruplam quantitatem acquisitam acquisivisset adhuc tantam praecise, quantitas ei acquisita mansisset subdupla ad quantitatem acquisitam secundo, sed modo in illo instanti super illa[m] quantitate[m] subquadrupla ipsum primum acquirit maiorem, quia acquirit tantam proportionem sicut antea, et est maius, ergo quantitas subdupla ei acquisita est maior quam subdupla ad quantitatem acquisitam secundo. Quod fuit probandum. Item ad probandam secundam partem eiusdem conclusionis facit calculator talem consequentiam: si primum aliquorum continuo se habentium in proportione subquadrupla, puta quorum primum sit ut quatuor, et secundum ut unum, tertium ut una quarta, et sic in infinitu[m], aequa velociter diminueretur sicut secundum, in quadruplo velocius deperderet de quantitate quam secundum, sed nunc in duplo tardius incipit primum deperdere de q[u]alitate quam tunc, ergo in duplo velocius incipit primum deperdere de quantitate quam secundum. Et haec consequentia etiam nihil valet, quia primum s[ecundu]m deperdit maiorem quantitatem quam duplam ad quantitatem deperditam a secundo. ¶ Ad istud dubium respondeo ponendo alias propositiones. ¶ Prima proposit[i]o: probationes undecimae et duodecimae conclusionis calculatoris sunt in efficaces. Patet hoc ex argumentis nuperrime factis. ¶ Secunda propositio: illae conclusiones, undecima videlicet et duodecima, in casibus ibi positis, si sumantur, in sensu cathegorico sunt falsae. Probatur de undecima ex primo arguento contra dubium, de duodecima etiam probatur, quod ipsa in casu ibi positio sit falsa, qu[i]a nullum illorum corporum infinitam quantitatem incipit acquirere, igitur non in infi[ni]tum

232

Tertii tractatus

tum tarde incipit aliquod illorum augeri quod infinita quantitate acquirere incipit. ¶ Tertia propositio ille conclusiones capiuntur a calculatore in sensu hypotheticō. Ita q̄ sensus p̄ime sit; incipit in infinitum velocius aliquod istorum augeri: t̄ incipit in infinitum tarde augeri aliquod istorum sensus secunde sit iste incipit infinita tarda aliquod istorum augeri: t̄ incipit aliquod eorum infinitam quantitatē acquirere r̄c. ¶ Quarta propositio, quilibet illarum trium conclusionis debet tant̄ possibilis secundum hanc primam positionem cocedi. Et prima puta vndecima. Probatur posendo q̄ sit vnu pedale t̄ diuisa hora per partes proportionales proportionē dupla. Volo q̄ in qualibet impari deperdat proportionē octuplam: t̄ in qualibet parisi altera vñq ad nō quātū: t̄ māfistūz q̄ infinita tarda diminueat i partibus imparibus, in infinita velocietate in paribus: volo igitur q̄ eo contra a non quanto incipiat augeri omnino eodem modo quo posito in via augmentationis sequitur conclusio. ¶ Secunda conclusio que est duo decima probatur casu posito q̄ aliquod corpus incipit augeri a non quanto taliter q̄ in qualibet parte impari acquisit infinitam quantitatē sincathēoreumatis: et in fine talis pars redigatur ad certā quantitatē finitā subito: in qualibet vero parti acquirat p̄portionem, octuplam quo posito sequitur conclusio p̄ prima parte: t̄ sc̄a probatur posendo q̄ sint infinita continuo se habentia in proportionē dupla descendendo que in qualibet parte proportionali huius hore deperdant proportionem duplam usq̄ ad non quantum: et deinde incipiunt eodem modo augeri a non quanto. Quo posito patet conclusio se cum a pars d̄bmodo equaleat huic: incipit infinitum vel occiter aliquod illorum augeri. et incipit infinitum tarde continuo aliquod illorum acquirere de quantitate. ¶ Tertia conclusio que est tridecima calculatoris bene ab eo probatur est q̄ vñq abutatur ordine terminorum in eius probatioē dīcendo aliquid illius ordinis fieri subito infinitum cum deberet dicere infinitū fieri subito aliquid illius ordinis r̄c. Et per hoc patet responsio ad dubium.

Ad secundum dubium respondeo posendo alias propositiones. Prima propositio vndecima conclusio calculatoris concedenda est secundum opinionem secundam q̄ atque hec propositio in casu posito ad probationem eius secundū priorēz opinionem in dubio precedēt: posito q̄ in partibus in quibus perdit proportionēm octuplam semper ita se habeat sc̄i in aliis nichil acquirere.

¶ Secunda propositio. Prima pars duodecime conclusionis iuxta opinionem secundam concedenda est: in casu posito q̄ redigatur in cuiuslibet partis impari principio ad illam quātitatē q̄ p̄t̄cise haberet si tantūmodo augeretur in partibus paribus acquirendo proportionem octuplam.

¶ Tertia propositio. Tridecimā conclusio etiam cōcedenda est sed non oportet q̄ concedatur in sensu conditionali: posito casu sicut ibidez ponitur. Hoc addito q̄ quodlibet illorum in qualibet parte impari infinitam quantitatē acquirat: t̄ in qualibet parti acquirat proportionem octuplam: t̄ fiat diuisio temporis proportionē dupla. Ita, tamen se habeat in partibus paribus ac si precise in illis augmentaretur. Et in eodē patet secunda pars fermo uendo ly cōtinuo. Facile tamen est verificare illas cōclusiones ad sensum doctoris manente ly cōtinuo. Sed ista sufficient pro dubi solutione. Tu ipse p̄

Capi. secundum

pria minerua plura adicias.

Ad tertium dubium respondeo breviter distinguendo aut illa diminutio sit per condensationem, rāntum: aut per corruptionē partium p̄ totum. Si per condensationē dubius est bene possibile. Si vero per partium corruptionē dubium est impossible: ut bene probat argumentum calculatoris capitulō de augmentatione versus finē. His postis fit.

Conclusionis responsua huius principali cōclusionis. Utraq̄ illarum positionum de motu partium velocitate sua probabilitate sufficit. Pr̄ter hec sc̄luso ex superius dicitur: t̄ et his que inferius dicentur in argumētorū solutionib⁹.

Ad rationes ante oppositum. Ad p̄t̄mam responsum est ibi vñq ad ultimam replicā ad quam respondeo cōcedendo illatum ut argumentū bene probat ipsum esse concedendum. Et quia argumentum in principio suuideretur querere: an quando unum pedale secundum eius medietatem perdit viam, octauant secundi aliam acquirit vñq quam concedendum sit ipsum deperdere aliquas quantitatē. ¶ Id quod respondeo breviter q̄ nō sed simpliciter est: concedendum quod illud pedale acquirit quantitatē: quia quantitas acquisita vñi parti excedit quantitatēm deperditam ab altera parte: t̄ in tali casu tantam quantitatēm acquirit illud pedale per quamram quantitas acquisitam parti excedit quantitatēm deperditam ab altera. Et si dicas contra demonstrata quantitatē quā deperdit q̄na pars pedalis. arguitur sic. Hoc deperdit illud pedale: et hoc est aliqua quantitas: ergo aliquam quantitatēm deperdit hoc pedale. Ego q̄ aliquam quantitatēm deperdit hoc pedale: et tamen non deperdit aliquam quantitatēm: sicut in rarefactione dicimus q̄ corpus acquirit maiorem quantitatēm, hoc est efficiunt manus: et tamen nullā quācūm acquirit quia nichil acquirit.

Ad secundam rationem responsum est ibi vñq ad ultimam ad quam respondeo concedendo illatum: ut bene probat argumentum: et negando falſitatem consequentis: t̄ cum probatur concedendo illud quod inseritur ut postea probatur in sequenti bus confirmationibus. ¶ Id primam confirmationē responsum est ibi vñq ad replicā: ad quam respondeo concedendo consequens: t̄ negando q̄ sit falsum et cum probatur Rego iterum falsitatem consequentis: et ad probationem falsitatis illius consequentis: concedo sequelam: et nego falsitatem illius quod inseritur. Et minus enim que ibi inseruntur sequuntur expositione ut bene probat argumentum. Et illa inducit calculatoris alius tamen vñs p̄bationib⁹. ¶ Id secundam confirmationē respondeo concedendo illatum et negando falsitatem cōsequens et ad probationem concedo consequens: t̄ negando similiter falsitatem consequens minimo vñco q̄ sit duo puta a, et b, incipere infinitum velociter acquirere quantitatēm: t̄ tamen a, incipit in infinitum velocius acquirere de quantitate q̄ b. ¶ Id tertiam confirmationē respondeo concedendo illatum: et negando q̄ illud sit falsum immo secundum omnem positionē est verum. Et ideo ab utraq̄ positione concedendum.

Ad tertiam rationē respondeo negando sequelam et ad probationem cōcedo antecedēs et nego consequentiam: et cum probatur dico q̄ te lis modus arguendi non valeret in conditionalibus

tarde incipit aliquod illorum augeri, quod infinitam quantitatem acquirere incipit. ¶ Tertia propositio: illae conclusiones capiuntur a calculatore in sensu hypothetico. Ita quod sensus primi sit, incipit infinitum velociter aliquod istorum, et incipit in infinitum tarde augeri aliquod istorum, et sensus secundae sit: iste incipit infinitum tarde aliquod istorum augeri, et incipit aliquod eorum infinitam quantitatem acquirere et cetera. ¶ Quarta proposit[i]o: quaelibet illarum trium conclusionum debet tamquam possibilis secundum hanc primam positionem concedi. Et prima, puta undecima, probatur ponendo, quod sit unum pedale et divisa hora per partes proportionales proportione dupla. Volo, quod in qualibet impari deperdat proportionem octuplam et in qualibet pari sesqui-alteram usque ad non quantum, et manifestum est, quod in infinitum tarde diminuetur in partibus imparibus et in infinitum velociter in paribus, volo igitur, quod eocontra a non quanto incipiatur augeri omnino eodem modo. Quo posito in via augmentationis sequitur conclusio. ¶ Secunda conclusio, quae est duodecima, probatur casu positio, quod aliquod corpus incipit augeri a non quanto taliter, quod in qualibet parte impari acquirat infinitam quantitatem syncategoreumatica, et in fine talis partis redigatur ad certam quantitatem finitam subito, in qualibet vero pari acquirat proportionem octuplam. Quo posito sequitur conclusio pro prima parte, et secunda probatur ponendo, quod sint infinita continuo se habentia in proportione dupla descendendo, quae in qualibet parte proportionali huius horae deperdant proportionem duplam usque ad non quantum, et deinde incipient eo modo augeri a non quanto. Quo posito patet conclusionis secunda pars dummodo aequivaleat huic: incipit infi[n]itum velociter aliquod istorum augeri, et incipit infinitum tarde continuo aliquod illorum acquirere de quantitate. ¶ Tertia conclusio, quae est tredecima calculatoris, bene ab eo probata est, quamvis [n]onnumquam abutatur ordine terminorum in eius probatione dicendo, aliquid illius ordinis fiet subito infinitum, cum deberet dicere, infinitum fiet subito aliquid illius ordinis et cetera. Et per hoc patet responsio ad dubium.

Ad secundum dubium respondeo ponendo alias propositiones. Prima propositio: undecima conclusio calculatoris concedenda est secundum opinionem secundam. Patet haec propositio in casu positio ad probationem eius secundum priorem opinionem, in dubio praecedenti posito, quod in partibus in quibus perdit proportionem octuplam, semper ita se habeat, ac si in aliis nihil acquireret.

¶ Secunda propositio: prima pars duodecimae conclusionis iuxta opinionem secundam concedenda est in casu positio, quod redigatur in cuiuslibet partis imparis principio ad illam quantitatem, quam praeceps haberet, si tantummodo augeretur in partibus paribus acquirendo proportionem octuplam.

¶ Tertia propositio: Tridecima conclusio etiam concedenda est, sed non oportet, quod concedatur in sensu conditionali positio casu, sicut ibidem ponitur. Hoc addito, quod quodlibet illorum in qualibet parte impari infinitam quantitatem acquirat, et in qualibet pari acquirat proportionem octuplam, et fiat divisio temporis proportione dupla. Ita tamen se habeat in partibus paribus, ac si praeceps in illis augmentaretur, et in eodem patet secunda pars se movendo ly „continuo“. Facile tamen est verificare illam conclu-

sionem ad sensum doctoris manente ly „continuo“. Sed ista sufficiant pro dubii solutione. Tu ipse propria | Minerva plura adiicias.


Ad tertium dubium respondeo breviter distinguendo, aut illa diminutio fit per condensationem tantum aut per corruptionem partium per totum. Si per condensationem, dubium est bene possibile. Si vero per partium corruptionem, dubium est impossibile, ut bene probat argumentum calculatoris capitulo de augmentatione versus finem. His positis fit.

Conclusio responsiva huius principalis conclusionis: utraque illarum positionum de motu augmentationis velocitate sua probilitate fulcitur. Patet haec conclusio ex superius dictis et ex his, quae inferius dicentur in argumentorum solutionibus.

Ad rationes ante oppositum: Ad primam responsum est ibi usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo concedendo illatum, ut argumentum bene probat ipsum esse concedendum. Et quia argumentum in principio sui videtur querere, an quando unum pedale secundum eius medietatem perdit unam octavam, et secundum aliam, acquirit unam quartam, an concedendum sit ipsum deperdere aliquam quantitatem. ¶ Ad quod respondeo breviter, quod non sed simpliciter est concedendum, quod illud pedale acquirit quantitatem, quia quantitas acquisita uni parti excedit quantitatem deperditam ab altera parte, et in tali casu tantam quantitatem acquirit illud pedale, per quam quantitas acquisita uni parti excedit quantitatem deperditam ab altera. Et si dicas contra demonstrata quantitate, quam deperdit qua pars pedalis, arguitur sic: haec deperdit istud pedale, et hoc est aliqua quantitas, ergo aliquam quantitatem deperdit hoc pedale. Dico, quod aliquam quantitatem deperdit hoc pedale, et tamen non deperdit aliquam quantitatem, sicut in rarefactione. Dicimus, quod corpus acquirit maiorem quantitatem. Hoc est: efficitur maius, et tamen nullam quantitatem acquirit, quia nihil acquirit.

Ad secundam rationem responsum est ibi usque ad ultimam, ad quam respondeo concedendo illatum, ut bene probat argumentum, et [n]egando falsitatem consequentis, et cum probatur, concedendo illud, quod infertur, ut postea probatur in sequentibus confirmationibus. ¶ Ad primam confirmationem responsum est ibi usque ad replicam, ad quam respondeo concedendo consequens et negando, quod sit falsum. Et cum probatur, nego iterum falsitatem consequentis, et ad probationem falsitatis illius consequentis concedo sequelam, et nego falsitatem illius, quod infertur. Omnia enim, quae ibi inferuntur, sequuntur ex positione, ut bene probat argumentum. Et illa inducit calculator aliis tamen utens probationibus. ¶ Ad secundam confirmationem respondeo concedendo illatum et negando falsitatem consequentis, et ad probationem concedo consequentiam, et negando similiter falsitatem consequ[e]ntis immo dico, quod stat duo, puta A et B, incipere in infinitum velociter acquirere quantitatem, et tamen A incipit in infinitum velocius acquirere de quantitate quam B. ¶ Ad tertiam confirmationem respondeo concedendo illatum et negando, quod illud sit falsum, immo secundum omnem positionem est verum. Et ideo ab utraque positione concedendum.

Ad tertiam rationem respondeo negando sequelam, et ad probationem concedo antecedens et nego consequentiam, et cum probatur, dico, quod talis modus arguendi non valet in conditionibus,



ut patet ex dialecticis. Resolutio huius argumenti habetur ex prima et secunda conclusionibus huius capituli. ¶ Ad primam confirmationem patet responsio ex tertia conclusione cum suo correlario. ¶ Ad secundam confirmationem nego sequelam, et ad probationem dico, quod semper illud corpus erit maius in aliqua proportione rationali vel irrationali, et cum tu quaeris, in qua proportione maius efficitur, respondeo, quod non solum in isto casu, verum etiam in infinitis non posset ingenium finitum illud discutere propter varietatem proportionum inter partes. ¶ Ad tertiam confirmationem concedo sequelam secundum hanc positionem primam, et nego falsitatem consequentis, et ad probationem nego sequelam, et ad probationem nego, quod illud acquirat infinitas proportiones aequales. Proportio enim dupla repectu partis non est dupla repectu totius.

Ad quartam rationem respondeo concedendo sequelam et negando falsitatem consequentis, et ad punctum probationis dico, quod illud, quod perdit omnes species proportionis superparticularis, infinitam proportionem deperdit, et per consequens unisignatae infinitas aequales, ut optime probat argumentum.

Ad quintam rationem respondeo nova conclusio. ¶ Ad confirmationem respondeo negando sequelam, et ad probationem concedo antecedens, et nego consequentiam. Non est enim eadem ratio, quando hora dividitur proportione dupla in illo casu, et quando maiori, ut patet ex tertio capite secundi tractatus. ¶ Ad secundam confirmationem nego sequelam, et cum quaeritur proportio acquisita, dico, quod aut illa est incommensurabilis aut a nobis nequaquam reperibilis.

Ad sextam rationem respondeo negando sequelam, et ad probationem nego consequentiam. Et quia argumentum quaerit modum cognoscendi, quam proportionem acquirit totum, quando pars aliqua acquirit aliquam proportionem, quae semper respectu totius minor est quam respectu partis, ideo dico, quod in proposito ad illud cognoscendum recurrentum est ad primam partem capituli septimo. ¶ Ad confirmationem respondeo negando sequelam, ut bene probat argumentum, eam esse negandam, et ad probationem nego consequentiam.

Ad septimam rationem responsum est ibi usque ad ultimam replicam, ad quam respondeo condendo, concedendo illatum et negando ipsum ipsum esse falsum.

Ad octavam rationem responsum est ibi usque ad replicam, ad quam respondeo, concedendo illud, quod inducit, et negando falsitatem consequentis, et ad punctum probationis nego hanc consequentiam. Hoc incipit in infinitum tarde acquirere de quantitate, ergo non incipit infinite velociter acquirere de quantitate. ¶ Ad confirmationem respondeo concedendo illatum, ut bene probat argumentum.

Ad nonam ratio[n]em concedo sequelam et nego falsitatem consequentis et nego, quod ex illo sequitur illud corpus infinitam quantitatem acquirere, nec argumentum intendens illud probare habet magnam apparentiam, ut ex dictis patet. ¶ Et haec de tertio tractatu.

Finis tertii tractatus. |

Sequitur tractatus quartus, in quo agitur de motu alterationis.

1. Kapitel des 4. Traktats des 3. Teils

Capitulum primum, in quo disputative inquiritur, penes quid motus alterationis velocitas attendi habeat

Consummatis documentis cognoscendae velocitatis motus ad locum et ad magnitudinem iam huius operis complementu doctrinam investigandae atque mensurandae velocitatis motus ad qualitatem expostulat, in qua inquisitione disputative procedere intendo.

Quaeritur ergo primo, numquid motus alterationis velocitatem penes multitudinem graduum qualitatis mediante tali motu productae metiri oporteat. Et arguitur primo, quod non, quia si motus alterationis velocitas esset mensuranda penes multitudinem graduum qualitatis et cetera, sequeretur, quod si A calidum alteraret passum pedale per totum in hora uniformiter ad gradum quartum caliditatis, et B c[alidum] in eodem tempore alteraret bipedale per totum ad eundum quartum gradum caliditatis, A et B in illa hora aequa velociter alterarent illa p[ro]ssa, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur, quia tot gradus caliditatis adaequate producit A sicut B in eodem tempore, quia tam intensam caliditatem producit A sicut B in illa hora adaequate, igitur aequa velociter A et B alterant sua passa in illa hora. Patet consequentia, quia penes illud velocitas alterationis, ut inquis, attendi habet, iam arguitur falsitas consequentis, quia tunc sequitur, quod A agens alteraret bipedale in duabus horis adaequante, et B alteraret bipedale in hora adaequante et ad eundem gradum, et tamen A aequa velociter adaequante alteraret suum bipedale sicut B, sed consequens est manifeste falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur: et pono, quod completa hora in qua A alteravit unum pedale ad gradum ut 4 per totum, et B ad eundem gradum caliditatis videlicet alterabit bipedale, approximet ipsi A unum aliud pedale, quod in sequenti hora alteret ad gradum ut 4 adaequat[er]e per totum, B nihil ulterius alterante. Quo posito sic argumentor: A in tempore illarum durarum horarum alterat bipedale ad gradum ut 4 adaequante per totum, et B in una hora alterat bipedale ad eundem gradum per totum, et A et B alterant aequa velociter per te, igitur sequitur illatum. Probatur tamen minor, quia A in prima hora aequa velociter alterat suum passum sicut B – ut co[n]cedis – et in secunda aequa velociter alterat sicut in prima, ut constat, igitur in tempore illarum durarum horarum aequa velociter alterat A suum bipedale sicut B alterat suum in prima illarum, per consequens aequa velociter alterat A sicut B adaequante.

¶ Dices forte negando sequelam. Et ratio est, quia velocitas motus alterationis non debet attendi penes qualitatem sive multitudinem graduum qualitatis productae in eodem tempore absolutae, sed in ordine ad subiectum, quod alteratur, ita quod quanto subiectum fuerit maius, tanto velocitas alterationis erit maior ceteris paribus. Sed contra, quia tunc sequeretur, quod – si A alteran[s] produceret in prima parte proportionali unius horae proportione dupla divisae unum gradum caliditatis in prima parte proportionali unius pedalis et in secunda produceret etiam unum gradum in secunda parte proportionali eiusdem pedalis et in tertia unum alterum in tertia et sic consequenter, B vero in qualibet parte proportionali horae produceret tantam formam entitative et intensive, per totum tamen unum pedale extensam, quantum in eadem parte horae producit A in parte proportionali pedalis, quod alterat – B